Ad
52

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0001-3

Hc. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0004-0

Symb. Eſa. 32, 8
נדיב נדיבות יעץ
Lumen Sionis et Heliconis,
D. ABRAHAM CALOVIUS
primum Regiomonti, dehinc Gedani, nunc
Witebergæ PROFESSOR publicus, PASTOR
Conſiſtorij ADSESSOR, & Circuli Electora
lis Saxonici SUPERINTENDENS
GENERALIS.
INRI
In hoc dolendum.
In hoc gaudendum.
Natus Morungæ Boruſſorum, Anno 1612. d. 16 Apri.
Abrahamus Calovius, Theologiæ Doctor.
Solo cum Christo aureola habeto gaudia.
Aureola Christo cum ſolo gaudia habeto:
Imò hoc cum ſolo gaudia habere ſoles.
Lucerna pedibus meis Verbum tuum Domine. Pſal: 119.
Coronabit te misericordia & miſerationibus. Pſal: 103
Epigramma latin: D. Johann: Löſely P.P. Regiom:
Siſtitur hic Pietas, Doctrina, Modeſtia, Virtus,
Sedulitas, acris judicijque vigor;
Uno in CALOVIO tot, tantaque dona phalanges
Hæreſium metuunt, pulpita cuncta ſtupent.
Kunſt, Weißheit und Verſtand viel Lehr und Freündligkeit,
Fleiß, Tugend, Gottesfurcht und ſonſt viel hohe gaben,
Wir in CALOVIO beliebt beyſammen haben,
Die ſcheüt der Ketzer Schaar, und preiſt die Chriſtenheit.
Cum Sereniſs: ELECTORIS Sax: Privil:
Auffgerichtet in Leipzig von
M. Johann Frentzeln.
1661.
Das iſt meine Freüde, daß ich mich zu Gott halte. Pſal: 73.
Meine Seele iſt frölich in meinem Gott. Eſa: 61.
Joh. Caſpar Höckner ſculpebat.

ABRAHAM CALOVII, D.

ENCYCLOPÆDIAS DISCIPLINARUM REALIUM IDEÆ,

PHILOSOPHIAM UNIVERSAM,

FACULTATES SUPERIORES,

UT ET

ORGANON ΟΡΓΑΝΩΝ *LOGICAM*

FACIE SUA GENUINA.

REPRÆSENTANTES.

M. Jeremias Trutschmann
Archidiac. & Minist. Witteb. Sen.
† 1700 d. 1 Jul.

VVITTEBERGÆ,

Literis MICH. MEYERI relictæ Viduæ,
ANNO M. DC. LXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0007-7

ORDO TABULARUM.

I. TYPUS ENCYCLOPÆDIAS DISCIPLINARUM REALIUM GENERALIS.

II. TYPUS GNOSTOLOGIÆ.

III. TYPUS NOOLOGIÆ.

IV. TYPUS METAPHYSICÆ.

V. TYPUS AFFECTIONUM DISJUNCTARUM ENTIS.

VI. TYPUS PARTIS SPECIALIS METAPHYSICÆ.

VII. TYPUS QVALITATUM.

IIX. TYPUS HORISTICES.

IX. TYPUS PNEVMATICÆ.

X. TYPUS PHYSICÆ.

XI. TYPUS MATHESEOS GENERALIS.

XII. TYPUS ARITHMETHICÆ.

XIII. TYPUS GEOMETRIÆ.

XIV. TYPUS COSMOGRAPHIÆ.

XV. TYPUS URANOSCOPIÆ.

XVI. TYPUS GEOGRAPHIÆ.

XVII. TYPUS ARCHITECTONICÆ.

XVIII. TYPUS MUSICÆ.

XIX. TYPUS OPTICÆ.

XX. TYPUS STATICÆ.

XXI. TYPUS PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ.

XXII. TYPUS THEOLOGIÆ.

XXIII. TYPUS JURISPRUDENTIÆ.

XXIV. TYPUS MEDICINÆ.

XXV. TYPUS METHOPOLOGIÆ.

XXVI. & ult. TYPUS LOGICÆ.



LECTOR

KŒNIGL. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

LECTOR BENEVOLE.

Qvanqvam in limine ſcriptorum, qvæ hîc conjunctim uno jam volumine Tibi exhibentur, ſeu Præfatione Generali nonnihil de Tabulis hiſce dixerimus, operæ tamen pretium videbatur, de ſingulis priusqvam Tibi pateant inſpiciendæ, paucula adhuc monere.

In genere: Qvod ad ordinem: Eum hîc ſervatum vides, ut primo qvidem Loco diſciplinæ exhibeantur Philoſophicæ: qvibus ſubjunctæ Facultates ſuperiores; ultimo deniq; loco propoſita Logica, qvæ illis omnibus miniſtrat, ob id merito ſuo dicta *ὄργανον ὀργάνων*.

In diſciplinarum Philoſophicarum ſerie præmittendæ cæteris erant GNOSTOLOGIA, & NOOLOGIA, vel habitus intelligentiæ, ceu omnium univerſalisſimæ; qvæ ordine naturæ diſciplinas alias tùm Theoreticas, tùm Practicas (qvotqvot vulgo enumerantur) citrà omnem dubietatem antecedunt: Qvum ILLA de ſcibili in abſtracto agat, qvam præſcindit à primo cognito, qvale eſt objectum Metaphyſicæ, & ſecundo cognitis, de qvibus aliæ agunt diſciplinæ: HÆC de principiis cognoſcendi primis tractet, qvæ uti priora omninò ſunt concluſionibus inde deductis, ita dubium eſſe non poteſt, ipsâ qvoq; primâ, qvam vocant, Philoſophiâ, concluſiones è primis principiis deducente, priorem eſſe Habitum primorum principiorum, NOOLOGIAM. Porro primum in his univerſaliſſimis ſortita eſt locum GNOSTOLOGIA, eiq; ſubjuncta NOOLOGIA, qvod illa ad *τῶν ἀδιαιρέτων νόησιν*, ſeu apprehenſionem ſimplicium, ac primam mentis operationem, hæc ad *σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν*, compoſitionem & diviſionem, qvæ eſt ſecundæ mentis operationis, perficiendam ordinata ſit: prout cæteræ, Theoretricæ pariter, ac Practicæ diſciplinæ, ut & Facultates, communiter ita nuncupatæ ſuperiores ad *τὴν διάνοιαν* vel tertiam mentis operationem dirigendam, ac perficiendam, (non qvidem *ὀργανικῶς*, ſic enim omnibus tribus mentis operationibus rectificandis inſervit Logica, ſed *κυρίως καὶ ἀρχιτεκτονικῶς* primariò ac principaliter) deſtinatæ ſunt.

Hos verò *γενικωτάτους* habitus ordine conſeqvuntur in Theoreticis diſciplinis ſapientiæ tùm primæ, tum ſecundæ, qvæ communiter ſcientiæ nuncupantur. Illa eſt METAPHYSICA, qvam reliqvis priorem eſſe, qvum è *principiis primis* concluſiones ſuas deducat, cæterisqve objecta præſcribat, qvæ è *principiis* tantùm ſecundis procedunt, & objecta ſua præcognita ſupponunt, nulla eſt inter Philoſophos controverſia. Hæ verò ſervato Naturæ ordine collocatæ ſunt: unde qvæ de ſubſtantiis agunt tùm ſpiritualibus, PNEVMATICA, tùm corporeis PHYSICA, meritò primum conſeqvutæ ſunt locum: qvibus ſuccenturiata MATHESIS, utpote qvæ circà Qvantitatem occupatur. Qvum autem plures ſint Mathematicæ diſciplinæ, in iisdem proponendis obſervatus fuit ordo, cujus rationem in Procemio Encyclopædias Mathematicæ reddimus: ut poſt UNIVERSALEM MATHESIN exhiberentur diſciplinæ SIMPLICES, utpote ARITHMETICA, de qvantitate diſcretâ, numero, ſeu multitudine, ac GEOMETRIA, de qvantitate continuâ, ſeu magnitudine agens: Tùm verò mixtæ, & inter has primo loco concretæ ſimpliciter, ac ſine ſubalternatione: Qvantitatem contemplantes partem concretam cùm corpore naturali, tùm conjunctim qvâ in Syſtemate mundi cœlum & terra, qvatenus unum conſtituunt globum, ſpectantur: qvæ contemplatio dicitur COSMOGRAPHIA, tùm ſeorſim, qvâ qvantitatem cœli, in URANOSCOPIA, & terræ in GEOGRAPHIA, partim concretam cum corpore artificiali, in ARCHITECTONICA; qvibus poſtremo loco ſubjunguntur concretæ cum qvâdam ſubalternatione, ceu difficillimæ omnium: qvæ vel ſubalternantur Arithmeticæ, utpote MUSICA, numerum qvà ſonorus eſt, expendens vel Geometriæ: & qvidem vel ratione Grammimetriæ, vel etiam Embadometriæ ſimul, ut OPTICA lineam, vel qvod alii volunt, etiam ſuperficiem, qvâ Viſiva eſt; vel ratione Stereometriæ, Corpus, qva ponderoſum eſt, i. e. gravitatis, & levitatis momento præditum, contemplans STATICA, qvæ totius Matheſeos agmen claudit, ac præ aliis maximè videri poſſit affinis Mechanicis, vel artibus. Qvod vero Practicas attinet diſciplinas, in territorio qvidem Philoſophico non niſi una occurrit, nimirum PHILOSOPHIA PRACTICA; qvandoqvidem

Ethica, Politica, ac Oeconomica, non conſtituunt diſtinctas diſciplinas, ſed unius diſciplinæ partes diſtinctas, ita ut illa partis communis, hæ ſpecialis loco ſint: id qvod accuratiores Philoſophi ex profeſſo demonſtrarunt. Cæterum Facultates Superiores omnes, THEOLOGIA, JURISPRUDENTIA, MEDICINA itidem practicæ ſunt, ideoqve optimè illi ſubjunctæ fuére, qvibus etiam Theologia ac Jurisprudentia magnam cum Philoſophiâ practicâ cognationem habeat, ne dicam, qvod illa ſuo modo eandem præſupponat, hæc verò etiam ab eâdem dependeat, Medicina deniq; analogiâ qvâdam ipſi reſpondeat, circà curam corporis occupata, qvemadmodum Philoſophia practica curam animi & affectuum gerit. Ordinem autem Facultatum ſuperiorum obſervavimus eum, qvem communiter obtinere ſolent: THEOLOGIA, qvæ ſalutem animæ æternam ſpectat, præmiſſâ JURISPRUDENTIA, qvæ juſtitiæ, ac MEDICINA, qvæ Sanitati corporis inſervit, ſubjunctâ. Qvam ſeriem qvomodo dignitatis ordo ferat, aut reqvirat, ſuo dictum eſt loco in parte Metaphyſices horiſticâ.

Qvod deniq; ad LOGICAM, præmittenda fuit, Tabellarum chartis ita reqvirentibus, METHODOLOGIA univerſæ Logicæ adumbrationi, tametſi typicæ repræſentationis ratione hæc prior ſit: qvod facilè excuſatũ habebit Lector Benevolus. Atq; hæc de tabularũ ordine.

In ſpecie, qvod ad tabellas ſingulas I. ut ideam & ordinẽ harũ diſciplinarũ pariter ac tabellarũ propoſitarum uno intuitu conſpicari poſſet Lector, viſum fuit primo loco ſiſtere earũ ſeriẽ: Qvã Tabellã typum Encyclopædias *univerſæ dicere liceret, ſi* Grammatica *&* Rhethorica *cæteris adjungatur, qvæ orationis dirigendæ inſtrumenta ſunt, uti Logica rationis dirigendæ organon eſt: ſed earum διατυπώσεων hic non exhibemus: qvia viſum fuit ſiſtere tantùm illas, qvæ* Rationem *ſive principaliter, ſive inſtrumentaliter perficiunt, (qvas* Reales *dicere liceat, qvâ contra diſtingvuntur* Sermocinatricibus, *orationi ſive puræ, ſeu ornatæ curam gerentibus) idq; ex occaſione, qvam in præfatione generali jam indicavimus. II.* Gnoſtologiam *&* Noologiam *ſic repræſentamus prout στοιχειώσεως γνωστολογικὴ & νοολογικὴ noſtra adumbrata fuit: ideoq; nihil hic monemus amplius. Ratio enim hujuſce διατυπώσεως ex ipſis præceptis pateſcet. III.* Metaphyſicam *conſimiliter eâdem ratione, prout ea à nobis hic pertractata eſt, typicè ſiſtendam duximus, ut præceptorum omnium ſeries & ordo πρὸς ὄμμα exhiberetur. Hic vero diſtinctiùs opus fuit Tabellis qvum generalia & affectiones unitæ cum θεωρίᾳ Entis peculiarem, ac rurſus Affectiones Entis disjunctæ itidem propriam reqviſierint tabellam; nec Pars ſpecialis integra unâ ideâ ſpectanda exhiberi potuerit, ſed diſtinctè ac ſigillatim tùm qvalitatum typus, tum* Horiſtices *exhibendus fuerit: qvod hic monendum ne qvis hæc pro ſpecialibus venditari diſciplinis arbitretur. Qvamvis enim* Qvalitatum *doctrina ſat ampla ſit, cur tamen eadem non perinde, ut* qvantitas, *propriam reqvirat diſciplinam in Horiſtice diximus: Hanc autem qvare partem Metaphyſicæ conſtituamus, præliminaris ejus conſideratio edoceat. IV. In* Pneumatica *adumbrandâ veſtigia in Methodologiâ monſtrata preſſimus: in* Phyſica *corporum naturalium ſeriem & indolem, qvam pars ſpecialis Metaphyſicæ deſignarat, penſi habuimus; Methodum Dn. Sperlingii ceu naturæ maximè convenientem in plerisq; ſeqvuti: qvâ cætera ubi paululum deflectendum erat, ipſa διατύπωσις noſtra Erudito Lectori rationem facilè ſuggeret. V. De* Matheſi *non eſt, ut qvicqvam adjiciamus: Qvum Encyclopædia Mathemathica præmiſſa ſit: cujus plenam ideam hiſce tabellis exhibuimus; unde factum, ut aliqvantò ſpecialiùs qvàm aliæ diſciplinæ, eadem hic adumbrata fuerit. VI. In* Philoſophia Practica *delineandâ monita & lineolas in Methodologiâ olim ductas ſeqvuti ſumus: pleniorem ejusdem delineatione prætermiſſâ, qvod paſſim obvia ſit, & vel imprimis è Kekermanni Synopſi, & diſputationibus hic in noſtro Athenæo* Gedanenſi *habitis, ſatis perfecta ſit. VII. In* Theologiæ *διατυπώσει præſenti Methodologiæ lineas itidem expreſſimus; accuratiori delineatione reſervatâ ad inſtitutiones* Theologicas, *qvarum* partem Generalem *publico dedimus, in* Specialis *reviſione, ac vulgatione iamjam operam ξ. Θ. locaturi. IIX.* Jurisprudentiæ *Typũ nobis ſubminiſtravit Σκιαγραφία Syſtematis jurisprudentiæ Romanæ qvam Excellentiſſimus* JCtus, *& Philoſophus Dn. D.* Petrus Olhafius *Profeſſor Celeberrimi Athenæi noſtri Publicus & Collega nobis conjunctiſſimus Anno 1640. Gedani edidit, qvæ ob methodi ἀκρίβειαν in hoc ſtudiorum genere rariorem ICtis Clariſſimis ſeſe probârat. IX.* Medicinæ *Typus, ejusdemq; ratio diſpaleſcet è tractatu noſtro de* Methodo docendi, *cui nunc perficiendæ (ne falcem in alienam meſſem mittere viderer, cui hic præeſt magnâ cũ nominis celebritate Medicus pariter ac Mathematicus famigeratiſſimus* Dn. D. Laurentius Euſtadius, *Collega noſter intimus) operam navare neq; volui, neq; potui: qvum vix tantum ſubtrahere licuerit ſacris ſtudiis, qvod Philoſophicis hiſce revidendis impenderetur. X. Deniq; ex eâdem pariter conſtabit* Logicæ *idea, ut ſupervacaneum videatur, de eâ amplius verba facere. Fruatur ergò hiſce* Lector Benevolus, *omniaq; prout ſtudiorũ emolumento conſecrata ſunt, in partem meliorem interpretetur. Qvod ſi palato cujusvis non arrideant omnia, felicioribus tamen ingeniis ſtudiorum Encyclopædias univerſalis, qvibus ea dicata ſunto, anſam & materiam præbere poterunt, de accuratiori diſciplinarum elaboratione ulterius cogitandi. Fons omnis ſapientiæ largiatur pro inex-hauſtâ Bonitate ſuâ, ut labores hi nõ ſint inanes, ſed fructus multos ferant, Tuisq;* Lector Benevole, *ſtudiis ex alto benedicat.*

Has ſeqventes Viginti & ſex Tabellas
WITTEBERGÆ,
Excudit MICHAELIS MEYERI VIDUA,
ANNO CHRISTI M DC. LXXIII.

I. TYPUS ENCYCLOPÆDIAS
Diſciplinarum realium generalis.

- **Diſciplinæ reales,** qvæ ad perfectionē mentis noſtrę faciunt vel ſunt
  - Principales, qvà directionem intellectus
    - Simplicis, GNOSTOLOGIA, de ſcibili qvà tali.
    - Compoſiti, qvæ vel
      - Νοητική, in NOOLOGIA, de affinitate rerum, qvà prima exhibet cognoſcendi principia.
      - Διανοητική, in diſciplinis
        - Theoreticis è principiis
          - Primis, Sapientia. METAPHYSICA de Ente, qvà tali.
          - Ortis: Scientiæ de
            - Subſtantiâ
              - Spirituali, PNEVMATICA.
              - Corporeâ, PHYSICA.
            - Qvantitate; Matheſis, qvà tùm
              - Præciſè, MATHESIS univerſalis.
              - Reſtrictè, de qvalitate
                - Abſtractè de
                  - Diſcretâ, ſeu numero ARITHMETICA.
                  - Continuâ, ſeu Magnitudine GEOMETRIA.
                - Concretè
                  - Simpliciter, ſine ſubalternatione, qvà qvãtitas eſt concreta cum corpore
                    - Naturali, qvà qvantitatẽ
                      - Totiꝰ globi mũdani COSMOGRAPHIA.
                      - Partium ejusdẽ utpote
                        - Cœli, URANOSCOPIA.
                        - Terræ, GEOGRAPHIA.
                    - Artificiali, ædificio: ARCHITECTONICA.
                  - Cũ ſubalternatione, qvà qvantitas eſt concreta cum accidente ſenſibili, ubi ſubordinatur
                    - Arithmeticę; MUSICA de numero ſonoro.
                    - Geometriæ, ratione
                      - Grammimetriæ: OPTICA, de lineâ viſivâ.
                      - Stereometriæ STATICA, de corpore, qvà ponderoſum.
        - Practicis
          - Philoſophiâ; Ubi eſt PHILOSOPHIA PRACTICA, de actionibus humanis qvà virtuoſæ.
          - Superioribus Facultatibus; qvæ tùm
            - Divina; SS. THEOLOGIA, de hominis ad æternam ſalutem perductione, vel de homine, qvà ad ſalutem æternam perducendus.
            - Humanâ utpote
              - JURISPRUDENTIA, de actionibus humanis, qvà legitimæ prudenter dirigendis.
              - MEDICINA, de hominis ſanatione, vel de corpore humano, qvatenus ſanandum.
  - Inſtrumentalis, LOGICA; qvà tres operationes mentis diriguntur Organicè.

II. TYPUS GNOSTOLOGIÆ.

GNOSTOLOGIA ſpectatur qvâ

- Προθεωρίαν naturæ Gnoſtologiæ, qvæ eſt partim
  - Θετικὴ, qvà ejus explicatur
    - Definitio. Qvod ſit habitus mentis principalis contemplans cognoſcibile, qvà tale.
    - Diviſio in partem
      - Generalem. Qvid ſit cognoſcibile.
      - Specialem. Qvotuplex ſit?
  - Ἀποθετικὴ de ejus
    - Exiſtentia.
    - Sede.
    - Objecto & partibus.
- Θεωρίαν Objecti tū in parte
  - Generali, qvà cognoſcibile ſpectatur vel à
    - Priori, tū qvà
      - Definitionem Cognoſcibile eſt, qvod intellectui noſtro ad cognoſcendum objicitur. Cap. I.
      - Principia cognoſcibilis tū
        - Interna
          - Materiale, qvod eſt Entitas objecti.
          - Formale, qvod eſt ſcibilitas. Cap. II.
        - Externa tū
          - Conſtitutionis, qvæ ſunt
            - Finis propter qvem isq;
              - Intermedius, cognitio rei, qvæ eſt actus ille, qvo intellectus noſter objective indeterminatus determinatus redditur.
              - Ultimus, unde orta DEI glorificatio.
            - Efficiens
              - Movens ad producendum ex parte
                - Rerum
                  - Multivaria pulchritudo.
                  - Pulchra veritas.
                - Noſtri, cognata ſcientiæ privatio, qvæ includit
                  - Rerum ignorantiā.
                  - Sciēdi deſiderium.
              - Agēs vel
                - Princeps. Intellectus.
                - Mediū: qvod vel
                  - Remotum ſenſus deferētes objecta ſcibilia. c. III.
                  - Proximū tùm
                    - Productionis, Abſtractio. C. IV.
                    - Apprehenſionis, Conceptus. c. V.
          - Cōſervationis ob
            - Cognoſcibilis propagationem, ad alios, qvæ fit beneficio diſciplinæ, de qvâ Cap. VI. Ejus
              - Definitio Qvid ſit?
              - objectum qvod
                - Deſcribitur.
                - Evolvitur qvoad
                  - Materiale ſeu rem cōſideratam.
                  - Formale ſeu modū cōſiderandi.
            - Cognitionis firmam in nobis radicationem, Qvale eſt Habitus intellectualis. Cap. VII.
    - Poſteriori, qvà affectiones: qvæ tùm
      - Primæ, utpote
        - Eminentia
        - Prædicamentalitas

        Cap. VIII.
      - Secundariæ
        - Univocatio
        - Analogia

        Cap. IX. & ult.
  - Speciali, qvà cognoſcibile eſt vel
    - Philoſophicum & liberale, Cap. I. idq; vel
      - Θεωρητικὸν ſeu contemplabile Cap. II. qvod eſt tùm rerum
        - Affinitas de qvâ habitus Intelligentiæ.
        - Qvidditas de qvâ habitus Sapientiæ, Cap. III. qvæ vel
          - Prima, de Ente qvâ tali.
          - Secunda, vel ſcientia de Ente determinato.
      - Πρακτικὸν vel agibile circa qvod habitus Practicus vel Prudentia. Cap. IV.
    - Poëticum ſeu Effectivum & illiberale, circà qvod occupatur Ars. Cap. V. & ult.

III. Typus Noologiæ.

Noologiæ traduntur tùm

- Προλεγόμενα, de Noologiæ naturâ Cap. I. per
  - Theſes
    - Definitionem, qvod ſit habitus mentis Principalis affinitatem rerum contemplans qvatenus ex eadem prima cognoſcendi principia fluunt.
    - Diviſionem in partem
      - Generalem de affinitate rerum in genere.
      - Specialem de affinitate rerum in ſpecie.
  - Hypotheſes de ejus
    - Exiſtentiâ.
    - Naturâ.
    - Sede.
    - Objecto, &c.
- Præcepta qvà parte
  - Generalem de
    - Objecto
      - Definitio Qvid ſit hæc affinitas rerum?
      - Reſolvitur in
        - Materiale, rerum cognationem.
        - Formale, qvà inde eruuntur principia prima
          - Qvid ſint prima principia?
          - Qvotuplicia? alia
            - Abſolute prima, Univerſaliſſima.
            - Secundum qvid, minus univerſalia.
      - Deſignantur principia prima univerſaliſſima. Cap. II.
    - Affectionibus qvæ vel
      - Simplices ceu ſunt
        - Veritas per repræſentationem ubi tùm
          - Modi repræſentationis qvæ ſit vel
            - Indirectè qvæ vel
              - Realis per viam
                - Negationis.
                - Eminētiæ.
                - Cauſſalitatis.
              - Virtualis qvæ ſit vel per
                - Remotionē contradictionis.
                - Nudam nō repugnantiā obediētialem.
            - Directè & poſitivè.
          - Principia inde redundantia. Cap. III.
        - Aptitudo ad ideā, qvalis eſt
          - Conceptus incommuni ubi
            - Abſtractio explicatul & idea.
            - Principia prima eruuntur. Cap. IV.
          - Objectum diſciplinare ubi
            - Aptitudo ad Objectum.
            - Principia prima eruuntur. Cap. V.
      - Disjunctæ qvæ ſunt
        - Univocatio, & Analogia.
        - Eminentia, & prædicamentalitas.
        - → Principia prima hinc eruta. Cap. VI.
  - Specialem, de diſtributione affinitatis rerum, qvà res conſiderantur
    - Inter ſeſe qvà rerum
      - Neceſſariarum affinitatem, in ſtatu veritatis, indeqve orta principia theoretica. Cap. VII.
      - Contingentium affinitatem, in ſtatu bonitatis, indeqve orta principia prima practica. Cap. VIII.
    - In ordine ad intellectum, de proportione rerum & intellectus, unde oriuntur principia organica. Cap. IX. & ult.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0015-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0016-7

IV. Typus Metaphyſicæ.

METAPHYSICA evolvitur tùm qvà

- Εἴσοδον & ingreſſum: qvod ad τὰ προγνωσκόμενα de Metaphyſicâ tùm
  - Exiſtentiâ
    - Qvod ſit diſtincta qvædam de Ente in Univerſali diſciplina, qvod probatur tùm ab
      - Objecto proprio, qvod Ens prout Ens
      - Officio, ſcientiarum dominio.
    - Qvod ſit abſtractè proponenda.
  - Nomenclaturâ qvà nomina
    - Propria, qvod tùm
      - Vulgare, Metaphyſica: Ejus
        - Impoſitio & Origo.
        - Explicatio, qvaſi vel
          - Poſtnaturalis
            - Inventione.
            - Inſtitutione.
          - Transnaturalis
            - Communitate.
            - Dignitate.
      - Exqviſitum
        - Ὀντολογία, ab objecto.
        - Sapientia prima à munere Metaphyſ. ejus
          - Definitio. Qvid ſit prima Sapientia: qvod conſtet ſcientia & intelligentia.
          - Officia
            - Supremum inferiorum diſciplinarum directio, qvàm præſtat
              - 1. Leges tradendo.
              - 2. Fines præſcribendo.
              - 3. Juſtitiæ præſidendo, ſ. controverſias decidendo.
            - Subordinata
              - Concluſionum è primis principiis confirmatio.
              - Omnium, qvæ ſunt in univerſali repræſentatio.
    - Honoraria
      - Theologia.
      - Prudentia.
      - Sapientia & Philoſophia.
- Διέξοδον qvà ipſam Metaphyſicæ conſideratione tùm
  - Proœmialem de ejusdem
    - Conſtitutione qvæ indagatur
      - Κατ' ἔσω ad intra, qvà Metaphyſicæ eſſentiam. Ea ſiſtitur
        - Ὁλικῶς definitione: qvod ſit ſapientia Entis qvà Entis.
        - Μερικῶς explicatione
          - Formæ, qvæ eſt Sapientia abſtrahens à
            - Primâ
            - &
            - Secundâ.
          - Materiæ, circa qvam vel objecti adæqvati, qvod eſt Ens qvatenus Ens.
      - Κατ' ἔξω ad extrà qvà cauſſas externas
        - Efficientem qvæ vel
          - Prima, DEUS.
          - Secunda, Philoſophi, cumprimis Ariſtoteles.
        - Finem qvi
          - Abſolutus mentem noſtram cognitione rerum abſtractiſsimarum perficiens.
          - Reſpectivus
            - Diſciplinas inferiores dirigere.
            - In Facultatibus ſummis uſum ſuum exercere.
    - Partitione
      - Qvot ſint partes
        - Una generalis.
        - Altera ſpecialis.
      - Qvid ſit pars tàm
        - Generalis
        - Specialis
        - Utriusq;
          - Nomina.
          - Munia.
  - Eſſentialē, qvæ abſolvitur parte tùm
    - Generali de Ente in abſtractione ſummâ, ubi
      - Simplex Entis Theoria, qvà
        - Entis præcognitionem, tùm qvod ad
          - Nominis evolutionem
            - Qvà nominalem deſcriptionem
              - Ipſum Entis nomen, tum qvoad
                - Originem.
                - Significationem
                  - Adæqvatam.
                  - Inadæqvatam.
              - Nominis cognationem partim ratione
                - Etymi, ubi cognata Etymologica occurrunt
                  - Eſt & Eſſe.
                  - Entitas, Eſſentia.
                  - Eſſentiale Eſſentialiter.
                - Significati: Cognata Synonymica qvà vel æqvipollent
                  - Simpliciter ut ſunt
                    - Res, ubi de realitate.
                    - Aliqvid: ubi etiam de cognatis ejus.
                  - Certo qvodam modo cum reſpectu
                    - Ad actum Eſſendi
                      - Exiſtentia.
                      - Forma.
                    - Ad operationem: Natura.
                    - Ad cognitionem
                      - Ratio.
                      - Qvidditas.
                      - Terminus.
            - Qvà nominales Entis diſtinctiones, de qvibus tùm in
              - Genere. Qvid ſint.
              - Specie: qvà diſtingvitur
                - 1. In Ens
                  - Negativum
                    - Purè negativum.
                    - Privativum.
                  - Poſitivum.
                - 2. In Ens
                  - Reale.
                  - Rationis.
                - 3. In Ens
                  - Actu.
                  - Potentia.
                - 4. In Ens
                  - Complexum.
                  - Incomplexum.
          - Objecti deſignationem, & adæqvatam Entis conſtitutionem
            - Κατ' ἄρσιν removendo
              - Privationes.
              - Negationes.
              - Entia rationis.
              - In potentia.
              - Complexa.
            - Κατὰ θέσιν, Ens, qvod hic conſideratur eſſe Ens
              - Poſitivum.
              - Reale.
              - Actuale.
              - Incomplexum.
        - Entis contemplationem, qvà deſcriptionem ejus realem
          - Relativam ſeu per relationem ad mentem noſtram: qvod ſit generaliſsimum illud, qvod ceu notiſsimum omnium primò cognoſcitur.
          - Abſolutam, pro ratione exiſtendi: qvod intrinſecè habet eſſe poſitivum in naturâ perſiſtens citrà mentis fictionem.
      - Attributorum Entis doctrina, eoq; tùm
        - Γενικὴ qvod ad affectionum transcendentium
          - Exſtentiam: Qvod ſint.
          - Eſſentiam: Qvid ſint.
          - Diviſionem qvotuplices ſint vel
            - Unitæ.
            - Disjunctæ, &c.
        - Εἰδικὴ qvà affectiones tū
          - Unitas, qvæ cōſiderātur partim
            - Univerſim
              - Qvid ſint unitæ affectiones.
              - Qvot ſint? vel qvomodo dividendæ ſint ſc. in
                - Primarias
                  - Simpliciter ſimplices, qvà ſolam connotant negationem
                    - Defectionis: ut Perfectio.
                    - Diviſionis: ut Unitas.
                  - Cum reſpectu qvodam ſimplices vel ad
                    - Intellectum, Veritas.
                    - Voluntatem, Bonitas.
                - Secundarias, qvæ connotant Entis
                  - Permanentiam, Duratio.
                  - Adeſſentiam, Ubietas.
            - Sigillatim
              - 1. De primariis
                - Abſolutis utpote
                  - Perfectione cujus conſideratur tùm
                    - Ὄνομα nomen qvà
                      - Homonymiam.
                      - Diſtinctionem nominalē qvà vel
                        - Abſolutè ſumitur, vel comparatè.
                        - Eſſentialis eſt vel accidentalis & hæc
                          - Naturalis.
                          - Artificialis.
                          - Moralis.
                          - Spiritualis.
                          - Cæleſtis.
                    - Νόημα ſeu conceptum qvâ
                      - Definitionem: qva res denominatur expers omnis defectus Entitativi.
                      - Conceptus analogicam participationem, qvod perfectio ſit vel
                        - Eminens ſolius DEI.
                        - Contracta, Eorum qvæ ſunt à DEO.
                  - Unitate cujus occurrit
                    - Ὀνοματολογία qvà diſtinctionem nominis, qvà unitas
                      - 1. Diſtingvitur in unitatem
                        - Rei vel ſingularem.
                        - Rationis vel univerſalem.
                      - 2. In unitatem
                        - Per ſe, Eſſentialem.
                        - Per accidens vel accidentalem, qvæ vel
                          - Subjectiva, Concretionis.
                          - Adjunctiva, Conſociationis.
                          - Collectiva, Aggregationis.
                    - Πραγματολογία
                      - Deſcriptio, qvà Ens denominatur qvidditativè incommunicabile & indiviſum Entitativè.
                      - Diviſio, qvod ſit vel
                        - Indiviſa, indiviſibilis; qvæ ſolius DEI.
                        - Indiviſa, diviſibilis, cujus
                          - Principium
                            - Cauſſale rerum diſtinctarum unitio.
                            - Formale unitorum indiviſio. Unio vel
                              - Naturalis.
                              - Perſonalis
                          - Conſeqvens eſt communicatio.
                - Reſpectivis
                  - Veritate ubi
                    - Nominis æqvivocatio qvod alia ſit
                      - Objectiva.
                      - Conformativa.
                      - Significativa.
                    - Definitio. Convenientia rei cum intellectu divino.
                    - Diviſio, qvod ſit congruentia vel
                      - Omnimodæ Entitatis, qvæ DEI.
                      - Analogicę participationis, qvæ creaturarum.
                  - Bonitate cujus
                    - Formalis qvidditas: qvod ſit conformitas re, cum voluntate divinâ.
                    - Materialis varietas, qvod alia ſit
                      - Summa & independens DEI.
                      - Participata & dependens.
              - 2. De Secundariis, utpote
                - Duratione cujus conſideratio
                  - Generalis, qvà abſtractam rationem, qvod ſit eſſendi permanentia.
                  - Specialis qvà modos qvod ſit
                    - Indefectibilis, ut æternitas, qvæ eſt ſimplex eſſendi interminabilitas.
                    - Defectibilis, vel
                      - Secundum qvid: Ævum, qvod eſt finalis eſſendi indefectibilitas.
                      - Simpliciter, ut Tempus, qvod eſt totalis in eſſendo defectibilitas.
                - Ubietate cujus notetur
                  - Formalis ratio qvid ſit: Qva ens denominatur adeſſe in Ubi vel Spatio.
                  - Modorum diſtinctio, qvod Ubietas alia
                    - Indefinita, & ſimpliciter interminabilis. Ubiqvitas, Entis infiniti propria.
                    - Definita, & determinabilis, ſeu Alicubitas, qvæ eſt Entis finiti cujusvis, vel
                      - Citra occupationem ſpatii: præſentia definitiva.
                      - Cum occupatione ſpatii: Circumſcriptiva.
          - Disjunctas. Tab. V.
    - Specialis, de minori Entis Abſtractione. Tab. VI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0018-8

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0019-7

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0020-9

V. Typus Affectionum Disjunctarum Entis.

Affectiones disjunctæ Entis conſiderantur.

- 1. Generaliter
  - Qvid ſint?
  - Qvotuplices ſint? vel
    - Principales
      - Immediatæ.
      - Mediatæ.
    - Minus Principales, &c.
- Specialiter in triplici ſerie
  - Primâ, principales immediatæ, qvæ duplices: Qvædam reſultant ex naturâ Entis, qvà ſpectatur
    - Abſolutè uti actu eſt & actus ut ſunt moditùm
      - Actualitatis unde Ens denominatur
        - 1. Neceſſariũ & Contingens: ubi agitur de
          - Neceſſariòtùm
            - Affirmativè qvà notat vel
              - Indigentiam ſeu Calamitatem.
              - Violentiam ſeu Coactionem.
              - Invariabilem convenientiam vel immutabilitatem.
              - Expedientiam, ſeu Utilitatem.
            - Definitivè. Neceſſarium eſt, qvod non poteſt aliter eſſe.
            - Diviſivè, qvà neceſſarium eſt vel
              - Abſolutè neceſſarium, idqve vel
                - Simpliciter, omnimodâ neceſſitate ſolus DEUS.
                - Secundum qvid neceſſitate Phyſicâ.
              - Hypotheticè neceſſarium tùm ob
                - Actum eſſendi ſeu exiſtentiam.
                - Cauſſam qvandam extrinſecam.
          - Contingente
            - Definitio: Qvod aliter eſſe poteſt.
            - Diviſio; Contingentia alia
              - Externa, ratione principii externi, qvæ ab externo principio mutari poteſt.
              - Interna, ratione principii interni, qvod agere poteſt, & non agere.
        - 2. Independens & dependens Ubi explicatur
          - Dependentia
            - 1. Qvid ſit: modus denominans Ens, qvod eſt alio poſterius eſſentialiter à qvo fluit.
            - 2. Qvotuplex
              - Realis, qvà res in eſſendo dependet: qvæ vel
                - Effectiva, ſeu Cauſſalis.
                - Inhæſiva ſ. Subjectiva.
              - Intellectualis, qvà res in Cognoſcendo dependet.
          - Independens, qvod non eget alio ſe eſſentialiter priori ad ſuum eſſe, à qvo ſit.
        - 3. Increatum & Creatum explicatur
          - Creatum, qvod è nihilo productum eſt.
          - Increatum, qvod non productum ab alio è nihilo.
      - Activitatis prout Ens dicitur actus vel potentia
        - Potentia conſideratur qvoad
          - Nomen juxta diſtinctiones æqvivoci, qvà potentia dicitur
            - Poſitivè, prout eſt potentia agendi aut patiendi.
            - Negativè, in qvantum eſt ſaltim negatio impoſſibilitatis.
            - Eaq; vel
              - Objectiva, qvà aliqvid à naturali agente produci poteſt.
              - Obedientialis, qvà produci aliqvid poteſt ab agente intellectuali.
          - Res ipſa qvoad
            - Definitionem, qvæ aut recipit actum, aut largitur actum.
            - Diviſionem, qvod potentia ſit
              - Paſſiva, vis patiendi ab alio.
              - Activa, vis agendi in aliud in qvantum aliud.
        - Actus qvi
          - Diſtingvitur in
            - 1. Signatum & Exercitum.
            - 2. Primum & Secundum.
            - 3. Entitativum & Formalem.
            - 4. In actum Eſſentiæ & Subſiſtentiæ.
          - Definitur, qvo Ens denominatur complere potentiam
          - Dividitur: qvod ſit vel
            - Purus, qvi nihil potentiæ paſſivæ admixtum habet.
            - Impurus, qvi aliqvid potentialitatis involvit.
    - Relatè
      - Principium & principiatum ubi de
        - Principio ejus
          - Diſtinctio in
            - Complexum.
            - Incomplexum.
          - Definitio: qvod eſt origo proceſſionis alterius.
          - Diviſio vel
            - Sine dependentiâ & principiati illatione.
            - Cum dependentiâ in
              - Cognoſcendo, unde aliud cognoſcitur.
              - Eſſendo: à qvo aliqvid ſit, aut habet, ut ſit.
        - Id cujus eſt principium qvod procedit ab alio qvocunqve modo.
      - Cauſſa & cauſſatum ubi de
        - Cauſſâ
          - Generaliter qvà
            - Vocis diſtinctionem. Cauſſa vel eſt
              - Propriè dicta.
              - Sine qvà non.
            - Definitionem. Cauſſa eſt, qvæ influit in eſſe cauſſati.
            - Diviſionem
              - 1. Qvà ordinem agendi vel eſt
                - Univerſalis
                  - Simpliciter Univerſalis.
                  - Secundum qvid.
                - Particularis
                  - Remota.
                  - Propinqva.
              - 2. Ratione finis vel eſt
                - Ordinaria.
                - Extraordinaria.
              - 3. Ratione virtutis agendi, vel eſt
                - Adæqvata.
                - Inadæqvata.
          - Specialiter, qvà diſtingvitur in cauſſas
            - Internas
              - Materiam ex qvâ aliqvid ſit, ita ut hæc ei inſit, qvæ vel eſt
                - Prima.
                - Secunda.
              - Formam per qvam res materiales ſunt, qvod ſunt.
            - Externas
              - Finem, qvi eſt cauſſa, cujus gratia res eſt, & vel
                - Principalis, qvi primariò intenditur, & propter qvem res primò eſt.
                - Minus principalis, qvi propter aliud intenditur.
              - Efficientem
                - Diſtinctio nominis, alia eſt
                  - Per ſe.
                  - Per accidens.
                - Definitio. Eſt cauſſa, à qvà primò actio ſit.
                - Diviſio. Cauſſa Efficiens eſt vel
                  - Principalis, eaq; vel
                    - Agens.
                    - Actionem dirigens
                      - Impulſiva.
                      - Organica.
                  - Minus principalis.
        - Cauſſato, qvod à cauſſis ſuum eſſe habet. Eſtq; vel
          - Materiatum.
          - Formatum.
          - Finitum.
          - Effectum.
  - Secunda principales mediatæ mediantib9 unitis
    - Primariis
      - Abſolutis
        - Perfectione, qvà dicitur vel
          - Completum, qvod habet eſſentiam naturâ ſuâ in ſe terminatam.
          - Incompletum, qvod non habet eſſentiam in ſe terminatam.
        - Unitate, qvà conſideratur
          - ἁπλῶς ſic denominatur Ens ſimplex vel compoſitum
            - Simplex eſt, qvod habet Entitatem indiviſibilem.
            - Compoſitum, qvod diviſibilem. Eſtq; Compoſitio alia
              - Impropria
                - Accidentalis
                  - Subjecti & Accidentis.
                  - Accidentis & accidentis.
                - Intellectualis ex
                  - Eſſe & Eſſentia.
                  - Genere & differentia.
              - Propria in
                - Subſtantiis finitis ex naturâ & ſuppoſito.
                - Corporeis vel
                  - Totius ex materiâ & formâ, ubi totum explic.
                    - Commune
                      - Eſſentiale.
                      - Integrale.
                    - Singulare
                      - Perſonale:
                      - Sacramentale.
                  - Partis, materiæ ex partibus integrantibus.
          - Συγκριτικῶς. Idem vel diverſum: explicatur
            - Identitas, qvæ eſt convenientia in aliqvo, eſtq;
              - Extrinſeca.
              - Intrinſeca
                - Eſſentialis.
                - Suppoſitalis.
            - Diverſitas. Eſt negatio convenientiæ, eſtq; vel
              - Diſtinctionis, qvæ vel
                - Realis
                  - Abſolutè.
                  - Analogicè talis.
                  - Realis tantùm, vel Eſſentialis.
                - Notionalis
                  - Virtualis.
                  - Formalis.
                  - Modalit.
              - Oppoſitionis, qvæ vel
                - Duorum: oppoſitio in ſpecie. Talia oppoſita vel
                  - Poſitiva
                    - Reſpectiva, ut Relata.
                    - Abſoluta, Contraria.
                  - Negativa, qvæ opponuntur
                    - Privativè
                    - Contradictoriè.
                - Plurium; qvæ eſt in diſparatis.
      - Relatis ratione
        - Veritatis denominatur Ens
          - Naturale, cujus veritas pendet ab intellectu divino.
          - Artificiale, cujus veritas pendet ab intellectu humano.
        - Bonitatis vel
          - Infinitum, cui repugnat habere eſſentiæ terminos.
          - Finitum, qvod terminos de ſe habet, qvibus limitatur.
    - Secundariis. Cum denominatur Ens à
      - Duratione vel
        - Permanens, qvod habet totum ſuum eſſe ſimul.
        - Succeſſivum, qvod habet partes ſui eſſe in fluxu & ſucceſſione continuatas.
      - Ubietate, vel
        - Circumſcriptum, qvod clauditur terminis corporis continentis.
        - Incircumſcriptum, qvod terminis continentis corporis non clauditur naturâ ſuâ.
  - Tertia Minus principales, qvibus Ens denominatur
    - 1. Abſolutum vel Reſpectivum
      - Abſolutum eſt, qvod caret reſpectu ad aliud.
      - Reſpectivum eſt, qvod habet eſſe aliorſum terminatum.
    - 2. Subjectum vel Adjunctum
      - Subjectum eſt, qvod aliqvid ita in ſe recipit, ut in communionem ſui eſſe non trahatur.
      - Adjunctum eſt, qvod recipitur ab alio, ita ut non ingrediatur ejusdem eſſentiam.
    - 3. Signum & ſignatum
      - Signum eſt, qvod potentiæ cognoſcenti aliqvid repræſentat.
      - Signatum eſt, qvod per ſignum repræſentatur.
    - 4. Imago & Exemplar
      - Imago eſt id, qvod procedit ad ſimilitudinem alterius.
      - Exemplar eſt id, à qvo aliqvid exprimitur, qvod cum eodem ſimilitudinem habeat.
    - 5. Menſura & menſuratum
      - Menſura eſt, qvà menſuratum cognoſcitur.
      - Menſuratum eſt, cujus qvantitas ad menſuram aliqvam exigi poteſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0022-0

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0023-6

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-550079-p0024-1

VI. Typus Partis Specialis Metaphysicæ.

METAPHYSICÆ pars ſpecialis de Ente ſub minori abſtractione, &c. ubi expeditur:

- I Διακριτικὴ eorū, qvæ ſub Ente ſunt, conſideratio; qvæ ſiſtit tùm
  - Minorem Entis abſtractionem
    - Γενικῶς qvà
      - Veritatem: An detur, & ſub Ente qvà tali comprehendatur?
      - Qvidditatem: Qvod ſit ea eſſendi ratio, qvâ Ens ut Ens expresſius ſiſtatur citra differentias determinatas.
      - Varietatem: qvà minor Entis abſtractio eſt vel
        - Prima: qvæ immediatè eſt ſub abſtractione Entis ſummâ, & cum Ente retrocurrit.
        - Sub primâ: qvæ mediatè eſt ſub abſtractione ſummâ, eôqve non retrocurrit cum Ente.
    - Εἰδικῶς de primâ minori Entis abſtractione
      - Qvid ea ſit?
      - Qvod complectatur rationem
        - Subſiſtendi hujus
          - Definitio. Subſiſtendi ratio eſt, qvà Ens non ineſt alteri ceu ſubjecto, ſed per ſe, & in ſe reverâ proprium eſſe habet.
          - Gradus ſubſiſtendi
            - In genere.
            - In ſpecie: qvà ſubſtantia cōſideratur vel
              - Purè, qvatenus ſubſtantia ſingularis eſt, & unitate numericâ determinata.
              - Modificatè, ratione ſtatus ſui qvà ſubſiſtit
                - Incompletè, idq; vel
                  - Ex ſe, qvæ naturâ ſuâ eſt communicabilis alteri.
                  - Ab extrinſeco, qvæ ratione ſtatus certi ſolùm eſt incompleta: ubi explicatur, qvid ſit ἐνυπόστατον.
                - Completè
                  - Qvid ſit ἀυθυπόστατον in communi: qvod habet ultimatum ſubſiſtentiæ completæ actum ſibi naturâ ſuâ debitum.
                  - Qvot ſint ejuſmodi
                    - Suppoſitum
                      - Definitio. Eſt ſubſtantiæ ſingularis completæ per ſe incommunicabilitèr ſubſiſtendi modus.
                      - Explicatio
                        - Materialis: qvod eſt ſubſtantia ſingularis completa.
                        - Formalis, qvod eſt per ſe incommunicabiliter ſubſiſtendi ratio.
                    - Perſona
                      - 1. In genere
                        - Deſcriptio: Eſt ſuppoſitum intelligens.
                        - Explicatio
                          - Materialis: qvod eſt ſubſtantia individua, incompleta, intelligens.
                          - Formalis: qvod eſt ἀυθυπαρξία, & ſubſiſtentiæ incommunicabilitas.
                      - 2. In ſpecie
                        - Ratione materialis diſtingvitur perſona in
                          - Finitam.
                          - Infinitam.
                        - Ratione formalis, qvâ eſt vel
                          - ἀσύνθετος, ſeu ſimplex.
                          - σύνθετος & compoſita.
        - Ineſſendi; Accidentis, cujus hic expendantur
          - Nominis diſtinctio qvæ vel eſt
            - Prædicamentale.
            - Prædicabile.
          - Definitio: Accidens eſt Ens, qvod non ſubſiſtit: ſed in ſubſtantiâ ſuam eſſentiam habet; vel qvod ſubſtantiam extra eſſentialiter afficit.
          - Attributa
            - Poſterioritas ratione ſubſtantiæ.
            - Concomitantia & Conſecutio ſubſtantiæ.
            - Informatio ſubſtantiæ Accidentalis.
  - Specialem varietatis rerum delineationem, qvà claſſes rerum omnium
    - In genere
      - Qvid ſint Claſſes rerum?
      - Qvomodo diſtribuantur, in Claſſes
        - Subſtantiarum, qvæ una.
        - Accidentium, qvæ novem ſunt.
    - In ſpecie Claſſis
      - 1. Subſtantiæ, qvæ dividitur in
        - Spiritualem ſeu immaterialem
          - Infinitam, qvæ DEUS eſt.
          - Finitam; qvæ vel eſt
            - Abſoluta: Angelus.
            - Ad aliud, qvod informet, determinata. Anima rationalis.
        - Corpoream & materialem, qua corpus vel eſt
          - Simplex
            - Abſolutè
